



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

VII. Diploma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

rum, futurorumque peruenire notitiam; qualiter conuenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesie Episcopum * Tutonem, & quendam hominem nostrum, vt aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partiū concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suā sancto Emmeramo Martyri, qualem visus est habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus in manum Episcopi & aduocati sui N. in perpetuā proprietatem: E contrario verò retradente eodem Aduocato vnā cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et vt huius concambij præceptum firmum, stabileque permaneat, manu propria subtus illud firmauimus, annuliq; nostri impressione signari iussimus.

* De hoc vide
Hundium in
Metrop. p. 60.
§ 225.

VII.

Diploma.

IN nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, C. Dei concedente clementia, Rex.

Si Ecclesias Dei aliqua semper vtilitate fulcire studuerimus, non solum regium morem exerceamus; sed etiam aliquod lumen animæ nostræ inde promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos admonete Adeluardo Episcopo pro honore Dei sancto Martyri Emmeramo cōcessimus de nostro iure decimam partem vestigalium, id est, de ministerio N. ad concinnanda luminaria iure perpetuo in proprium. Et vt hæc concessio nostræ auctoritas firmiter habeatur, & per futura tempora, à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu nostra subtus eam firmauimus, annuloque nostro sigillari iussimus. Dat. III. Kal. Iul. Anno Incarnat. Domini nostri Iesu Christi DCCC. XVI.